Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs II. Scena II.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Trochai. In opus eliditu s.

Niſi ea, quæ nihil opus ſunt ſcire, fugin' hinc? By. ego vero, ac lubens.

ACTVS II. SCENA II.

Trochaici tetrametri.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS

Dauus dat conſilium, quod ſecus cadit, acſperauerat: Et Pamphilo laqueũ inijcit, vnde poſtea cõſiliũ explicare non poteſt, ſed caſus explicat vt ſæpe fit in communi vitaldq; voluit Poeta ſignificare.

DIi boni, boni quid porto? ſed vbi inueniam. Pamphilum.

Vt metum, in quo nunc eſt adimam, atq; expleam animum gaudio?

Ch. Lætus eſt, neſcio quid Pa. nihil eſt, nondum hæc reſciuit mala.

Da. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias.

Ch. Audin' tu illũ? Da. toto me oppido exanimatũ quærere.

Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam, Ch. ceſſas alloqui?

Da. Abeo. Pa. Daue ades, reſiſte. Da quis homo eſt, qui me? ô Pamphile,

Teipſum quæro, euge ô Charine: ambo opportunè: vos volo.

Pa. Daue perij. Da. quin tu hoc audi. P. interij. Da. quid timeas, ſcio.

Ch. Mea quidem hercle certè in dubio vita eſt. Da. & quod tu, ſcio.

Pa. Nuptiæ mihi. Da. & id ſcio. Pa. hodie. Da. obtundis, tametſi intelligo.

Id pa-

Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Ch. rem tenes.

Pa. iſtuc ipſum. Da. atq; iſtuc ipſum, nihil pericli eſt: me vide.

Pa. Obſecro te, quamprimum hoc me libera miſerũ metu. Da. hem,

Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. Pa. qui ſcis? Da. ſcio,

Tuus pater modò me præhendit: ait tibi vxorem dare ſe — Tuus, vnica ſyllaba eſt.

Hodie, item alia multa, quæ nunc non eſt narrandi locus.

Continuò ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc,

Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum,

Circumſpicio, nuſquam, fortè ibi huius video Byrrhiam:

Rogo, negat vidiſſe, mihi moleſtũ, quid agã, cogito, — In Circumſpicio ante penultima producitur

Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio: hem,

Paululum obſoni, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ

Non cohærent. Pam. quorſum tam iſtuc? Da. egomet continuò ad Chremem,

Cum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium, iam id gaudeo.

Ch Rectè dicis, Pa. perge, Da. maneo: interea introire neminem — Introire, triſyllabũ eſt.

 Video

Video, exire neminem, matronam nullã in ædibus,
Nihil ornati. nihil tumulti, acceſsi, intrò aſpexi.
Pa. ſcio.
Magnum ſignum. Da. num videntur hæc conueni-
re nuptijs
Pa. Non opinor Daue. Da opinor narras? non rectè
accipis
Certa res eſt, etiam puerum inde abiens conueni
Chremis,
Olera & piſciculos minutos ferre obulo in cœnam
ſeni.
Ch. Liberatus ſum Daue hodie tua opera. Da. ac
nullus quidem.
Ch. Quid ita? nempe huic prorſus illam non dat.
Da ridiculum caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam vxorem
ducere,
Niſi vides, niſi ſenis amicos oras, ambis. Ch. benè
mones.
Ibo: etſi herclè ſæpè iam me ſpes hæc fruſtrata eſt,
Vale.

ACTVS II. SCENA III.
Trochaici tetrametri catalectici.
PAMPHILVS, DAVVS.

QVid igitur ſibi vult pater? cur ſimulat? Da:
ego dicam tibi.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorem
Chremes: Ipſus